Psalterium

[Augsburg: Johann Schönsperger], [ca. 1480] 



ipsa Desiderabilia super aurum ꝛ lapi
dem preciosum multum : ꝛ dulciora su
per mel ꝛ fauum Etenim seruus tuus
custodit ea : in custodiendis illis retri-
butio multa. Delicta quis intelligit : ab
ocultis meis mūda me. ꝛ ab alienis par
ce seruo tuo. Si mei nō fuerint dn̄ati.
tū immaculatus ero : ꝛ emūdabor a de
licto maximo. Et erunt ut ꝯplaceant
eloquia oris mei : et meditatio cordis
mei in ꝯspectu tuo semper. Domine ad
iutor meus : ꝛ redemptor meus. Gloria.

Celi enarrant gloriā dei    Exaudiat te do[minus]

Exaudiat te dominus    Psal. xix.
in die tribulationis : protegat te
nomē dei iacob. Mittat tibi auxilium
de sancto : et de syon tueatur te. Me-
mor sit omnis sacrificij tui : et holocau
stum tuum pingue fiat. Tribuat tibi
secundum cor tuum : et omne consilium
tuum confirmet. Letabimur in sa-
lutari tuo : et in nomine dei nostri

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-116/0026
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG